



Scientia Sanctorum

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicis, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

Puente, Luis de la

Dilingæ, 1685

2. De modo colloquiorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60561)

lares necessitates, ac proprias sigillatim commem-
morare, ad divinam misericordiam magis per-
movendam. Aliquando etiam viri perfecti ob-
tendere possunt obsequia, ut Ezechias: *Memem-*
to Domine, quod ambulaverim coram te in verita-
te. Et Christus ipse: *Ego te clarificavi super ter-*
ram, & nunc clarifica me tu Pater.

R. Reg.

20. 3.

Ioan. 17.

4.

Atque modus iste orandi traditur ab Apосто-
lo: *In omni oratione & obsecratione cum gratiarū*
actione petitiones vestrae innotescant apud Deum.

Philip.

4. 6.

Nec istæ obsecrationes tam adhibentur ad per-
suadendum Deo, qui urget ipse, & præcipit, ut
petamus; quàm ad excitandum in nobis fervo-
rem devotionis, & impetrandi fiduciam, quo
mereamur exaudiri. Consentit prædictis illa
Augustini sententia: *Meditatio parit scientiam,*
scientia compunctionem; compunctio devotionē,
devotio verò perficit orationem. Etenim per me-
ditationem homo in Dei, & sui ipsius cognitio-
nem venit. Hinc compungitur, & erubescit de
propria vilitate, compunctus, in Dei misericor-
dia & bonitate conquiescit dulciter. Huc pro-
vectus, miscet colloquia cum Deo; necessitates
exponens suas, fidentérque postulans auxilium
opportunum.

Lib. de

spir. &

Ani. 6.

70.

CAPUT II.

De modo Colloquiorum.

IN colloquiis potissimùm consistit oratio, Finis
quorum finis est duplex: alter confessio lau- collo-
dis divinæ, alter imploratio gratiæ. Ad priorem qui du-
plex.

4 *Introductio ad Medit.*

Primus
finis.
Eph. 5.
15.

pertinent quatuor affectus à Paulo recensiti
*Impleamini Spiritu sancto, loquentes vobismetipsi
in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus: can-
tantes & psallentes in cordibus vestris Domino,
gratias agentes semper pro omnibus, in nomine
Domini nostri Jesu Christi, Deo & Patri.*

Primus affectus: *In psalmis.* Hic & amor in
Deum cum deliberata voluntate non disceden-
di minimum ab illius mandatis. Hoc est psalte-
rium decem chordarum, quod in oratione pul-
satur, quando anima concipit alia, atque alia de-
sideria perficiendæ divinæ voluntatis.

Isa. 6. 3.

Secundus affectus: *in hymnis.* Hic est admi-
ratio & prædicatio divinarum perfectionum in
se, & operum mirabilium extra se: propter qua
Seraphim atque Cherubim incessabili voce pro-
clamant. *Sanctus, Sanctus, Sanctus.* Adde tu-
Bonus, misericors, sapiens, omnipotens; & si
quid aliud voles. Dicitis illi cum senioribus:
*Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtu-
tem & divinitatem, & sapientiam, & fortitudi-
nem, & honorem & gloriam, & benedictionem in
secula seculorum. Amen.*

Apoc. 5.
12.

Et quia major est omni laude, in vita omnes
etiam inanimes creaturas, ad eum laudandum,
ut fecerunt tres pueri in fornace; & totus ipse
in laudes effundere cum Davide, dicens: *Bene-
dic anima mea Dominum, & omnia qua intra-
me sunt, nomini sancto ejus.*

Pf. 102.
1.

Tertius affectus: *in canticis spiritualibus.* Hic
est gaudium & exultatio de divino bono in se,
& quod glorificatur à Sanctis in caelo & in terra

illie

Caput II.

5

illic per possessionem plenam, istic per spem. Unde dicunt: *Alleluja, quoniam regnavit Dominus Deus noster omnipotens, gaudeamus & exultemus, & demus gloriam ei.* *Apoc. 19. 6.*

Quartus affectus gratitudinis, agendo gratias pro beneficiis acceptis, nec non pro collatis in alios etiam, sive homines, sive Angelos: quin in ipsa inanimata, quæ per se nequeunt gratias agere, & in ipsos dæmones, qui nolunt, quia sunt obstinati in malo.

Alter finis colloquiorum est, *petitio gratia*. Secundus In petendo autem variè affici possumus: vel spiritu filiali erga Patrem, quâ ratione iussit nos orare: *Pater noster, qui es in caelis!* vel; ut mendicus à prædivate petit: nam *Dives est in omnes, qui invocant illum;* vel, ut æger medico infirmitatem suam exponit: vel ut discipulus à magistro edoceri cupit: vel si eò fiducia surgat, tanquam sponsa cum dilecto suo colloquatur. Sed in his omnibus Spiritus sanctus est præcipuus director, qui & postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, suum affectum inspirans, qui est maximè opportunus. Quare Bernardus rectè dicit: *Devotionem esse linguam animæ, & qui illam tenent, optimè loqui & conversari posse cum Verbo æterno.* Licet etiam colloqui nobiscum ipsis, arguendo, increpando, excitando, ut sæpe in Psalmis: *Quare tristis es anima mea? Spera in Deo. Nonne Deo subjecta erit anima mea? Surgam, & ibo ad Patrem meum.* Sanctos etiam alloquemur, tum gratulando ipsis bona sua, tum nobis similia postulando.

Rom. 10. 12.

Rom. 8.

26.

Serm.

45. in

Cant.

Pf. 41. 6.

Pf. 61. 2.